



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

L. Alia donatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

agitur, vel per manum nostram videtur esse transvulum &c. ut *suprà pag.* 382.

*Prologi de cessionibus regalibus.*

X L I V. Mento largitatis nostra munere sublevantur &c. ut *suprà pag.* 383.

Item. Perfpicuè compendiis regalibus illud adscribitur &c. ut *suprà pag.* 383.

*Cessio ad laicos.*

X L V. Nihil, ut ait Apostolus, in hunc mundum intulimus, nec quicquam ex eo auferre nobiscum poterimus &c. ut *suprà pag.* 383.

*Confirmatio ad seculares viros.*

X L VI. Regiam consuetudinem exercemus & fidelium nostrorum animos adhortamur &c. ut *suprà pag.* 385.

*De Regis amittitione.*

X L VII. Rectum est ut qui nobis fidem pollicentur inlefam, nostro tueantur auxilio. Et quia illi noster fidelis &c. ut *suprà pag.* 386.

*Præceptum donationis inter virum & uxorem.*

X L VIII. Dum Dominus omnipotens creator ceci & terra permisit, juxta quod legitur in principio &c. ut *suprà pag.* 381.

*Carta donationis inter virum & uxorem,  
qua gestis municipalibus sit allegata.*

X L IX. Quicquid inter conjugatos de propria facultate ob amorem dilectionis &c. ut *suprà pag.* 408.

*Alia donatio.*

L. Quandoquidem Deus voluerit inter virum & uxorem, ad pacis vinculum atque concordiam necendam, ut res eorum inter se condonare deberent, sicuti & fecerunt. Ideoque complacuit atque convenit inter venerabilem virum illum & uxorem illum nomine illam, eò quod inter eos agnatio minimè esse cerneretur, ut alter alteri de rebus eorum inter se condonare deberent. quod ita & fecerunt. Dedit itaque venerabilis vir ille uxori sua nomine illa de rebus suis in pago illi, in loco nuncupato illi, super fluvio illi, hoc est mansos tantos, cum dominibus, ædificiis, curtiferis, cum vvadris, terris, silvis, pratis, pascuis, campis, mobilibus & immobilibus, mancipiis ibidem commanentibus vel adspicientibus his nominibus illi. & illi, cum omni integritate vel soliditate, quicquid ibidem iure hereditario ad se pertinere videatur. Similiter visa est reddere uxor illi nomine illi, prefato jugali suo nomine illi, de rebus suis in pago illo in loco nuncupato illi, super fluvio illi, mansos tantos, cum dominibus, ædificiis, curtiferis, cum vvadris,

terris, tam cultis quam incultis, silvis, campis, pratis, pascuis, cum inviis & perviis eorum, integra omnia & ex omnibus,

quicquid ibidem sua fuit possesso vel dominatio. Similiter etiam omne praesidium vel elaborata eorum inter se pars parti vi-

fus est donare. In tali verò tenore, ut quisquis de eis pari suo in hoc seculo superstes fuerit, omnes res suas dedit & quas accepit, in suo jure & dominatione recipere debeat, habeatque tenendi, dandi, vendendi, commutandi, hereditisque suis ad possidendum relinquendi liberam in omnibus potestate. Propterea has duas epistolas ad fatimas uno tenore conscriptas inter se fieri vel firmare rogaverunt, ut nullus quilibet de heredibus ac proheredibus eorum hanc congruitatem inter eos factam ullo unquam tempore possit irrumperet, nisi abique ullius contradiçione omni tempore firma & stabiles permaneat.

Quod si aliquis de heredibus ac proheredibus eorum hanc cessionem calumniari præsumperit, duplèiter quantum eo tempore ipsa portiuncula valuerint, & insuper ad partem fisci, auri uncias tantas, argenti libras tantas coactus exolvat, & quod repetit nullum obtineat effectum, sed, sicut diximus, haec epistola tam à nobis quam ab aliis bonorum hominum manibus roborate omni tempore firmæ & stabiles permaneant, stipulatione interposita. Actum, & reliqua.

*Obnoxiation à patre in filios facta.*

L I. Dulcissimis filiis meis illis. Omnibus non habetur incognitum qualiter ante hos annos &c. ut *suprà pag.* 411.

*Donatio quam pater donat filio suo.*

L II. Dulcissimo atque amantisimo filio meo illi, ego ille genitor tuus. Dum & ego te dulciter enutrivi &c. ut *suprà pag.* 500.

*Alia donatio de eadem re.*

L III. Ego in Dei nomine ille. Amore Domini nostri Iesu Christi, ut veniam delictis meis &c. ut *suprà pag.* 501.

*Charta cum in locum filiorum nepotes  
infestuntur ab avo.*

L IV. Dulcissimis nepotibus meis illis, ego ille. Quicquid filii vel nepotibus de facultate pater cognoscitur ordinante, voluntatem ejus &c. ut *suprà pag.* 480.

*Alia de eadem re.*

L V. Ego in Dei nomine ille & conjux mea illa dilectissimis nepotibus nostris necnon & nepotibus nostris illis. Constat verò, prout fragilitas humana exposcit, quæ